

## 8. *Halticus luteicollis* Panz.

*Var. vitticeps* Reut.: Ut *var. propinquus* H. S., sed capite vitta percurrente media, genis postice gulaque nigropiceis; coxis etiam anticis, apice excepto, femoribus omnibus, summo apice excepto, nigris.

Marocco (Tanger!), D. Favier (Mus. Paris.).

## 9. *Orthotylus curvipennis* Reut.

Oblongus, hemielytris explicatis abdomen longe superantibus ( $\sigma^7$ ), vel breviter obovatus, hemielytris abdominis longitudine, margine externo apicem versus valde curvatis, cuneo latitudine multo brevior, margine externo membranae eidem margini cunei aequae longo ( $\varphi$ ); prasinus, superne pilis brevibus albis micantulis densius pubescens, aliis longioribus fuscis magis distantibus; capite basi pronoti circiter  $\frac{1}{3}$  ( $\sigma^7$ ) vel vix  $\frac{1}{4}$  ( $\varphi$  brachypt.) angustior, vertice distinctissime marginato, oculo duplo ( $\sigma^7$ ) vel fere duplo et dimidio ( $\varphi$ ) latiore; rostro apicem coxarum posticarum attingente; antennis articulo primo apicem clypei dimidio longitudinis ( $\sigma^7$ ) vel paullulum ( $\varphi$ ) superante, secundo margine basali pronoti paullo ( $\sigma^7$ ) vel paullulum ( $\varphi$ ) longiore, ultimis simul sumtis secundo longioribus; membrana dilute fumata, venis pallide prasinis; femoribus posticis feminae distincte incrassatis; tibiis concoloriter spinulosis; tarsis posticis articulo tertio secundo longitudine subaequali. Long.  $\sigma^7$   $4\frac{2}{3}$  —  $4\frac{1}{2}$ ,  $\varphi$  3 mm.

*Syn.*: *Orthotylus (Allocotus) curvipennis* Reut., Gen. Cim. Eur. 36; *Allocotus* id. Reut. in Leth. et Put., Faun. d. Hem. de Biskra, 36, 16.

*Hab.* in *Salsolaceis* (Lethierry et Puton): Algeria (Biskra! D. D. Lethierry et Puton, D. Noualhier, copiose).

*Descr.*: Femina in Hem. Gymn. Eur. III, 372, 31, cum *O. rubido* Put. var. *Moncreaffi* Dougl. et Scott false con-